

Enea Silvio Piccolomini an NvK. Er berichtet über die Verhandlungen in der Zollfrage und über aktuelle politische Entwicklungen in Ungarn, Böhmen und Österreich.

Or. (aut.): WIEN, ÖNB, CVP 3389 f. 160^r.

Kopie: WOLFENBÜTTEL, HAB, Hs. Weissenburg 90 f. 106^{rv}.

Druck: Weiss, *Aeneas Sylvius Piccolomini* 196f. Nr. 77; Wolkan, *Briefwechsel III* 1, 294f. Nr. 165; RTA XIX 1, 41 Nr. 4,21 (Auszug) und 538 Anm. 3 Nr. 49b [15] (Auszüge).

Domino Nicolao, cardinali sancti Petri.

- Reverendissime in Christo pater et domine mi colendissime, post recommendationem. Capellanus vester, qui litteras¹⁾ ad me detulit in re theolonii Brixiensis (!) transferendi²⁾, quamvis rogatus meas epistolas recipere insalutato me abiit; credo ita domine sue diligenter et affectate servit comitisse Goritie³⁾, ut omnium aliarum rerum obliviscatur. Venit post eum Henricus prothonotarius⁴⁾, legatus ducis Sigismundi, vir prestabilis et vestri amans, novasque litteras vestras⁵⁾ mihi restituit. Non est cur scribam statum rei, cuncta ex eo cognoscetis; habetis, tota quod mente petistis. Inclinator est cesar vestris precibus et animo libenti petitiones vestras exaudit. Ego pro modulo meo existimo satisfacisse me non debito neque voluntati mee sed possibilitati.
- 10 De rebus Italie audivi quam libentissime, que scripsistis. Cupio patrie pacem quam puto etiam christianitati utilem.⁶⁾ Timeo tamen, ne plus mali quam boni possint. De Valachis ceterisque vicinis Constantinopoli nihil inpresentiarum audimus. Nec mihi verosimile est illos arma sumere contra externos, qui hostes domi habent. Johannes etiam gubernator⁷⁾ regni Hungarie, qui non nihil ad rem acturus putari posset, amotus regimine dicitur et Nicolaus Vaivoda⁸⁾ ei substitutus; nescio tamen an huic mutationi locus
- 15 erit. Nam comes Cilie⁹⁾, eius rei auctor, noviter extra gubernationem regis detrusus dicitur et ab Australibus omnino deiectus. Sic brevi tempore in tribus maximis Ladislai dominiis¹⁰⁾ tres insignes mutationes facte sunt: Smirisco apud Boemos occisus¹¹⁾, gubernator Hungarie depositus, comes Cilie in Austria destitutus est. Que si vera sunt, digna pro meritis comiti referuntur videmusque nostro tempore grande scelus punitum. Alia non occurrunt.
- 20 Recomendo me dignationi vestre, cui studebo quoad vixerim et complacere et servire. Ex Grez die 3. octobris 1453.

Servulus vester Eneas, episcopus Senensis.

1 Domino – Petri: von *Enea Silvio erweitert zu*: Reverendissimo in Christo patri, domino Nicolao, sacrosancte Romane ecclesie tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali, domino suo colendissimo, Eneas, episcopus Senensis, salutem plurimam dicit. *Weitere Korrekturen:* 2 Reverendissime – recommendationem: *gestr.* 3 vester: *In diesem Brief sind die Pluralformen nicht wie sonst üblich umgeformt.* | qui – transferendi: qui de theolonio transferendo litteras ad me detulit. 6 ducis Sigismundi: Sigismundi ducis. 15 dicitur: asseritur. 22 Servulus – Senensis: *gestr.; a.R.:* scriptis et conclusis iam litteris, que de gubernatore Hungarie referabantur, veritate carere percepi.

¹⁾ Nicht erhalten. Vgl. aber den wohl gleichzeitigen Brief an Hans Ungnad vom 28. September 1453; Nr. 3657. Der Überbringer wird auch in den Raitbüchern nicht namentlich genannt.

²⁾ Es ging um die Einrichtung eines neuen Zolles zu Klausen; s.o. Nr. 3662.

³⁾ Gräfin Katharina von Görz. Die spöttische Bemerkung über die Unhöflichkeit des Kaplans ist vor dem Hintergrund der Streitigkeiten zwischen NvK und der Gräfin zu verstehen; s.o. Nr. 3557.

⁴⁾ Heinrich Lenbing, s.o. Nr. 3518 Anm. 2.

⁵⁾ Nicht erhalten.

⁶⁾ Es geht um die Verhandlungen der italienischen Mächte, die 1454 zum Frieden von Lodi führten.

⁷⁾ Johannes Hunyadi, Wójwode, Statthalter in Ungarn.

⁸⁾ Nikolaus Jlaki, Wójwode von Siebenbürgen. Zum Gerücht, er solle den abgesetzten Hunyadi ersetzen, siehe RTA XIX 1, 538 Nr. 49b [15].

⁹⁾ Ulrich II., Graf von Cilli († 1456).

¹⁰⁾ Böhmen, Ungarn, Österreich.

11) *S.o.* Nr. 3662 *Anm.* 8.